III/11215

1762

Ministerialis Generalis Regni Providus Laurentius Szostakowicz Authenticus Iuratus ad Officium et Acta presentia Castrensia Capitaneatia Chencinensia personaliter veniens in Vim Sue vere ac Fidelis Relationis palam publice libere ac per expressum Recognovit. Quia Ipse Citationis infrascriptae pro Iudicijs Ordinarijs Gnalibus Tribunalibus Regni Lublinensibus, ex parte infrascriptae Partis Actoreae contra infra Nominatam Partem Citatam editae Tenoris Sequentis.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensiae, Severiae, Czerniechoviae nec non Haereditarius Dux Saxoniae Princeps et Elector. Vobis Illustribus Magnificis Iosepho Castellano Sierpcensi, et Onuphrio Capitaneo, Trzyzpsensi in Popiele Popielom, Fratribus inter Vos germanis tum Mariannae de Mecinskie Tarlowa Relictae Viduae Matri, Bonorum Seygniow Haeredissae, et Adamo Tarlo Filio Capitaneo, Lesczynensi de Causa infrascripta Bonisque Vestris generaliter Omnibus Mandamus ut coram Nobis Seu Iudicio Nostro Ordinario Generali, Tribunalis Regni, Lublinensi, recte in quatuor Septimanis seu tunc dum et quando Causa Praesens ex Regestro Sibi Competenti ad judicandum vocatae legitime inciderit, accamataque fuerit

Ad Instantiam Instigatoris Judicij Nostri
quisq Delatoris Magnifici Antonij de Dorna-
szewicz in Grodziszko Grodzicki Poculatoris
Ducatuum Zathoriensis, et Osviecimensis
praedictorum Bonorum Szczygniow Obligatorij
Possessoris Actoris personaliter legitimeq per-
emptorieq Compareatis. Qui quidem Actor
inhaerendo Legibus Regni infrascriptorum ratione
ac de Decretis Contumacijs, et vim Legis Sapientibus
nullisq Executioni Subjacentibus, Sancitis nec non
Juribus ac Documentis Suis Causae huic Servi-
entibus futuro in Termino reproducendis
et praesertim Contractui Obligatorio respectu
suprascriptorum Bonorum Szczygniow Conscripto
Manifestationisq coram Actis Authenticis
Regni eo Nomine facta Citat Vos idq ed Eo.
Quod licet Vos perbelle Scientis Magnificum Actorem
modernum Bona Villae Szczygniow vigore Obli-
gationis ac Contractus Obligatorij adhuc
in Anno Millesimo Septingentesimo Tri-
gesimo Sexto Subsecuti inter Illustrem
Magnificam Tarlowa ab una, et olim Illustrem
Magnificam Morsztynowa Palatinam Livoniae
parte ab Altera Conscripti, per Eundem Ma-
gnificum Actorem vigore Cessionum quaesitis possedisse,
pacificeq in fundamento Ejusdem Obligationis ac
Contractus Obligatorij Legibus Regni firmissime
vallati nec ad ullo Tribunalitio interpraetationi
Subjecti idq ad exemptionem juxta Eloquentiam
Contractus possidere debere, attamen Vos circa
dijudicationem Causae respectu Bonorum Villae
Topola

Topola Seu Summarum ex iisdem Bonorum
provenientium in Judicijs Nostris agitatae Decretum
in Casum evolutionis Summarum, a Illri Magnificae
Tarlowa in rem Vestri Illustres Magnifici Popiele
adjudicatae, injunctae Eorundem Bonorum Traditionis)
procurastis imo Conductitie in praejudicium Actoris
et Juris Ejusdem Obligatorij antelationis Idem
Decretum Sub Feria Sexta ante Festum Sancti
Egidij Abbatis Anno Currenti Millesimo Septin-
gentesimo Sexagesimo Secundo latum, admi-
sistis, taliterq Dominum Actorem ac Jus Obligatorium
Ejusdem involvistis et involvere intendistis. Citamini
igitur ad videndum et Audiendum Decretum Me-
moratum Judicij Nostri Seu punctum Tra-
ditionis Bonorum Szczygniow Juri Obligatorio
Magnifici Actoris Antelationi praejudicibus
Vestris Illres Magnificis Popiele Subjectorum in-
juncto, ac in praejudicium Juris Possessorei Obli-
gatorij Magnifici Actoris moderni Conductitie inter Vos
Citatos non resolutis Juribus Saepedicti Magnifici
Actoris modernissimo Obligatorio Antelationis fere
lecto Subsecutum relevari relevatoq Eodem puncto
Actorem modernum, una Eadem Jura Obligatoria et Posses-
sionem Bonorum Szczygniow Conservari et Eripere
ejusdem Decreti tradendorum Bonorum tam Magnificum
Actorem quam et Bona Ipsa Szczygniow liberari,
Vobis vero Illustribus Magnificis Popielom ex
alijs Bonis et Substantiae Illres Mcae Tarlowa
Satisfactione quaerendam Sententiam aut etiam
cum Processu vestro ad alia Bona non ad Bona
Villae Szczygniow regulari ratione vero Sui Actoris
ac Juris Ejusdem Possessorei involutionis poenas
decerni refusionem Damnorum injungi Ceteraq pro
Causae et Juris istius exigentia Super Vobis Statui,
decerni, et Sententiari potentibus Citamini Sitis pariter
Etiam attentatum et ad Omnia Judicialiter responsuri.
Datum Lublini Feria Quarta post Festum Omnium
Sanctorum proxima Anno Dni Millesimo Septingen-

tesimo Sexagesimo Secundo. Copiam Similem Sigillatt unius eiusq essentiæ in Curia Bronow. Villa Stanovitka de haereditaria Actu Contenta Administratori Curiae Bronow ad Manus tradendo, et Notificando praesentia de Juris forma reliquit. Deque Quidem ministerialis praesens, est haec Relatio.

Actum in Castro Chencinensi Feria Secunda ante Festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo.

Locavit Odyniec

Lectum per Malczewski

Ex parte Mei Wodzicki Sup Illmibus Nais Copiele ac alijs ad ... Lublinensi

Relatio

No 25

In Cro Chencinense Feria Relevante Ante Festum Sancti Martini Pontificis proxima Anno 1762

Ex vi legis praelevatione pureti Decreti respectu tradendorum Bonorum